UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Directo-||rvm Exercitio-||rvm Spriritva-||livm P. N.|| Ignatii

Acquaviva, Claudio

Ingolstadii, 1592

VD16 A 125

Iamdvdvm Est cum Reuerendus P. N. Præpositus Generalis Claudius Aquauiua Directorium hoc moliebatur, idq[ue] iusserat cum omnicura, & diligentia confici. (...)

urn:nbn:de:hbz:466:1-60966

Visual Library

IAMDVDVM EST cum Reuerendus P. N. Præpoſitus Generalis Claudius Aquauiua Directorium hoc moliebatur, idq; iuſſerat cum omni cura, & diligentia confici. Nunc igitur confectum, accurate etiam recognitum, cum tota Societate communicari mandauit, meque hæc duo inſuper addere voluit. Primum, optare ſe vt adiuncta hac luce Directorij, eo ſtudioſius incumbant noſtri ad fruendum hoc diuinum beneficium, vt certe appellare poſſumus Exercitia, & non ſolum ea ipſi in ſe libentius frequentent, ſed alios etiam ad ea inducant, & excitent. Alterum eſt, quod ſi alicui ex vſu, atque experientia quidpiã occurrerit, quod vel addi vel commodius dici poſſe videatur, id per ſuos Superiores ad

eius Paternitatem deferant, quo multorum iudiciis cognitis ſuprema manus huic operi imponi poſſit. Nunc enim typis excuſum mittitur, ad euitandam operam, & impenſam deſcribendi tot exemplaria, quot neceſſaria erant. Eſt autem optandum, vt res talis, & tam vtilis quam perfectiſſimè abſoluatur. Datum Romæ die 5. Aprilis M. D. XCI.

Mandato R. P. N.
Generalis

Iacobus Ximenez
Secretarius.